



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia  
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

**Caussin, Nicolas**

**Coloniae Agrippinae, 1634**

37. Rusticus: Expressus ex Theophrasto, Cicerone, & cæteris.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70090)

iam porticu leatam merid in tribunal excelsum Mercurius excipiebat, præst) erat fortuna totum abundantam copiosa, & tres Parca aurea pensa torquentes.

Notavi etiam in porticu gregem cutoresum, cum magistro se exercentem: præterea grande armarium in angulo vidi, in cuius ædícula erant lares argentei positi, Venerisque signum marmoreum, & pixis aurea non pusilla, in qua barbam ipsius candidam esse dicebant.

Ego interrogare ætrentem cæpi, quas in medica picturas haberent, Iliada, & Odysseam, inquit.

Iam ad triclinium veneramus, in cuius parte prima præcurator rationes accipiebat, & quod præcipue miratus sum, in postibus triclinij fascies erant cum securibus fixi, quorum unam embolum navis æneum finiebat, in quo erat scriptum; *G. Pompeio Trimalcioni, viro augustali, Cinnamum dispensator.*

Sub eodem titulo etiam lucerna bilychnis de camera pendebat, & duæ tabulæ in vitroque poste defixæ: quarum altera, si bene memini, hoc habebat inscriptum. *III. prid. Kalend. Ianuar. G. noster foras coenat:* altera Luna cursum, stellarumque imagines pictas, & qui dies boni, quique incommodi essent, distinguente ulla notabantur.

*De huius descriptionis interpretatione alibi dixi.*

## R V S T I C V S.

Expressus ex Theophrasto, Cicerone, & cæteris.

### Descriptio XXXVII.

**A** Nimadvertite quælo, hominis, vel potius pecudis stuporem, & rusticitatem: ut est hirta barba, neglecto capillo, colore fusco, nigris dentibus, ab imis unguibus ad verticem usque stipe. Æthiops.

Par corpori vestis, horrida scilicet, & inculta, quæ stictæ adeo plerumque artus tegit, ut nudet inuerecundè. Calceos habet pede ampliores, quibus ipse non tam ambulat, quam narat: eosdem interdum clavis suffigit, & ingenti strepitu quatit pavementum. Loquitur interim contenta voce, quasi surdis sanat, aut celeuma nauticum urgeat, amicis

necessariisque parum fudit, de rebus maximis ad famulos refert: & si comitijs interfuerit, quæcumque ibi gesta fuerint, rusticis operis narrat: illis ad singula, ut faciunt cicopes acclamantibus, ipse nihil eorum, quæ cæteri digna admiratione iudicât: quinimò vnguenta non suavis fragare thymo, & barbaram fistulam cytharæ præstare dicitur.

Si bos, aut asinus, aut hircus occurrerit, homo gradum sistere, admirari, contemplari, quasi in alium orbem raptus.

Quid quod domi etiam si ipse sit locuples, nihil lautum, nihil elegans, nihil exquisitum, ne magno perè quidem præter præposteram gulæ voracitatem, sumptuosum: torcum a nullo, maximi calices, & hi Placentini; extracta mensa, non cochylis aut piscibus, sed aulta carne subraucida, serui sordidati ministrant, & ij plerumque Æthiopes, quibus nolles per mediam noctem in bultuarijs occurrere: ille interim infercit se cibo, & in laxiora pocula ingurgitat, dein potulentus, vel iacet in Græci vini fœtore stertens, vel si quando concinnior fuerit, saltat, & canit intempestivè molestus omnibus: mox canem ad se vocat, & apprehenso blandientis rostro, fidam inquit belluam, dominum, & domum, & inquilinos omnes custodit.

Vbi cubitum discesserit, si de aratro, aut falce aut cophino, quem fortè vicinis utendum dederat, somnariit, in tempesta nocte mentionem eorum faciet, nec ullam partem capiet quietis. Tum si visum fuerit, molam versabit cum ancilla, cum eadem quicquid in buccam, garruens, & si quid è promptuaria cella deprompserit, decerptum inde frustum vorabit, cauens ne pistrin hoc resciscat. Ad summum, est omnis vitæ civilis, & humanitatis ignarus.

## R V M O R V M C O N F I C T O R.

Expressus ex Theophrasto, & alijs.

### Descriptio XXXVIII.

**C**hamæleontes vento pasci miramini quin potius rumigerulam suspicite, ut totus ex ventis conflatus est. Hic parulis auribus rumusclos omnes excipit, & ad ser-

XXX 2 mones